



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 90. Diversæ Sacrarum Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. Præter hanc Constitutionem in super
 A. C. 1655. Pontifex die vigesima quarta Septem-
 bris Conventum S. Mariæ de Victoria
 seu Seminarium S. Pauli Carmelitarum
 Discalceatorum Provinciali Romano ab-
 judicavit, ita tamen, ut Seminaribus
 necnon controversiarum, & linguarum
 Orientalium Professores ibidem dege-
 tes a Congregatione Cardinalium de
 Propaganda eligantur, & amoveantur
 necnon ex redditibus ejusdem Seminar-
 per ejusdem Congregationis Ministrum
 alantur. Denique idem Pontifex Pro-
 privilegia Ordinis SS. Trinitatis, & ejus-
 dem Confraternitatum die nona De-
 cembris confirmavit.

§. XC.

*Diversæ Sacrarum Congregationum
 decisiones.*

*Decis. S.
 Congr. Con-
 til. Rit. &c.*

Pari etiam sollicitudine pro conser-
 vanda Ecclesiæ disciplina, & er-
 dicandis morum corruptelis desudabat
 sacræ Congregationes Romanæ, & quæ
 dem primo S. Concilii Congregatio
 vigesima prima Maji decedit, quod
 missi, vel expulsi ab aliquibus Religio-
 nibus non admittantur ad Concursum
 sive oppositionem pro obtinendis pre-
 bendis Pœnitentiariæ in Ecclesiis Ca-
 thedralibus Regnorum Castiliæ, & Le-
 gionis

tionis, sine speciali sanctæ Sedis Apo- Sæc. XVII.
 stolicæ dispensatione, dummodo non A. C. 1655.
 tempore probationis durante dimissi
 fuerint, sed post Professionem.

Ejusdem quoque Congregationis
 Patres die nona Junii declararunt, quod
 Episcopus in Parochialibus Monacho-
 rum exemptorum Sacramentum Con-
 firmationis administrare, invitis etiam
 Regularibus valeat: Ejusdem quoque
 Mensis die decima nona a Sacra Rituum
 Congregatione decisum legimus, quod
 Sodalitati SS. Sacramenti competat
 præcedentia supra alias Confraternita-
 tes in omnibus supplicationibus, in qui-
 bus defertur SS. Sacramentum: occur-
 rente etiam dubio circa quemdam in
 excommunicatione mortuum, Sacramen-
 tatis Congregatio die decima tertia
 Septembris respondit, excommunica-
 tum mortuum in forma judicii posse ab-
 solvi, si pœnitentiæ signa dederit: ab-
 solutio autem pro delicto non valde
 gravi privatim detur.

§. XCI.

*Cronwelli odium in Catholicam Re-
 ligionem.*

Nondum Carolus II. Angliæ Rex om- *Rapin Thoir.*
 nem recuperandi sceptri spem ab- *Hist. d' Angl.*
 jecerat; non pauci enim Regiæ digni- *lib. 22.*